terrestris et venit hoc lignum ad Indiam
per impulsionem fluvii paradisi et est
dictum ad similitudinem ipsius aloes et
assimilatur ei in colore et sapore. cum ipsum
sit lignum sub niger et amarum ut aloes.
Et ultra hoc dicunt isti bene quod omnes tres
species fiunt ex illa herba zambana in diebus
canicularibus estatis. Una primus succus illius
herbe coagulatur et exsiccatur in sole et
dicitur succotrinum. Alius vero succus qui est quasi fex
et dicitur caballinus etc. Aliqui dicunt quod sunt
diverse herbe non in genere sed in bonitate ex
quibus iste tres maneries aloes sunt sic
sunt diverse vite non in genere sed in bonitate
ex quibus iste tres maneries aloes sunt sic
sunt diverse vite non in genere sed in bonitate et di
versa vina faciunt. Quomodo cognoscatur
balsamum quod est bonum. Dico quod cognoscitur
in colore odore sapore et pondere. in co
lore quia est liquor aliqualiter similis olea sed
est grossior et viscosior ad aliqualem
rubedinem tendens. in odore quasi est odo
ris aliqualiter ranci non placibilis. in
sapore quia habet saporem pinguedinis gallin(e)
aliqualiter antique non recentis et ardorem in
gutture ac si esset oleum forte et antiquum
in ardore quia si in oculis ponatur una gutta
de eo tamen ardorem in oculo generat ac
si lixivium forte esset in oculo per spacium
unius hore et ultra ita quod appareat quod in
oculis ardeat et quod velit exire. sed dimit
tit visum in eo statu in quo repperit quando po
nitur in oculo. in pondere cognoscitur quia si
una gutta ponatur de eo in ciato aqua pleno
non spargitur sicut oleum in aqua sed non
conglutinatur et condensatur ad modum
unius pile rotunde et in medietate petit fundu(m)
et ultra hoc cum cuspide potes ipsam
guttam ab ipsa aqua retrahere quia adheret
cuspidi ipsius cultelli et extrahitur gutta
tota illa integra ab aqua illa et nota
quod ad cicatrices subtrahendas et delendas
ungendo eas cum balsamo nichil est medi
co necessarium sublimius sed hiis temporibus poten
tes tamen viri habent in precio magno et mag
ni domini quia in mundo non est nisi una vi
nea illud faciens in arbuscul(is) et illa
vinea est magni soldani etc. Quid est
mel tarbazet quod intrat in confectione
de zinzibere quam ponit mesue. quoniam de
zuccaro tarbazet quod sit ostensum est. Dico
quod mel talbazet est mel album de colo ca
dens ad modum roris. sed est albius et
aliqualiter densius quam sit mel et quasi ten
dit ad naturam zuccari. Quomodo

intelligitur illud quod ponit mesue in descrip
tione syrupi de aceto simplici cum sapientia recipe
cum dicitur recipe ex consueto quod clarum est libras vii.
et funde super ipsum ex iulep claro deputato
libras v. de quo iulep intelligitur cum ipse non
specificet. Dico quod intelligitur de solo
zuccaro clarificato et iulepizato i. in for
ma iulep deducto. Quomodo intelligitur
hoc quod sepe dicitur in receptis mellis quod sufficit
aut zuccari quod sufficit. et in unguentis
dicitur cere quod sufficit. Dico quod intelligitur
quantitas conveniens mellis vel zuccari
que quantitas valeat olea vel pulveres cuiuscumque
conditionis fuerit in se colligere et con
servare ita ut mel aut zuccarum non sit mul
tum aut paucum et species multe aut pauce
nisi de precepto peritissimi medici vel doctoris
aliter esset faciendum. Consilium de cera est doctorum
in unguentorum quod quando dicitur cere quod sufficit quia
aromatarii debent proportionare ceram cum oleis
quia duabus partibus olei media pars cere ponenda
est. sed quando dicitur cere parum. tunc intelligas quod
debet esse molle unguentum. ita quod oleum debet ceram in
multo superare quia multa cera facit duritiem
in unguentis et pauca cera facit molli
ciem in unguentis. Et nota ultimo quod ut
plurimum sicut aloe est materia pillularum faciens bonam
conglutinationem specierum dans eis bonam
corporeitatem per formaliter. cera materia est
unguentorum faciens bonam conglutinationem
et corporeitatem in eis. Si quis interroga
ret si potest ne fetor ab opio removeri. Dico
quod sic et si queratur cum qua medicina. vel cum
quo simplici. Dico quod cum aceto pistato partes i.
opii cum duobus capitibus allei deinde de
stilletur hec mixtura per alembicum et de ista
aqua distillata distillata detur in potu pro
ultim(a) curationem quia mirabiliter provocat sompnum
et est sine fetore et hoc pulcrum secretum
non est omnibus revelandum et si quis hoc
secreto usus fuerit nefarie preterquam ad opus
medicine maledicatur a deo. Si quis
quereret psilium quod intrat in medicinas
ut puta in electuario de psilio et in
requie nicholai est ne calidum vel frigidum in genere.
Dico quod semen psilii habet duplicem naturam.
quia s. exterius et interius. s. in eius cortice est
frigide complexionis et ex eius cortice fit mucilago
psilii et talis mucilago que est frigide complexionis
que ponitur in electuario de psilio et in requie nicho
lai que fit ad provocandum sompnum et talis mu
cilago fit ponendo psilium in infusione in
aqua tepida vel in alia aqua distillata
secundum preceptum medici et non debet longo spacio
stare in infusione sed convenienti tempore quia
per longam infusionem posset acquiri calidi
tas a substantia interiori que quidem substantia est calide
complexionis. et sic habes quod psilium est frigide
complexionis quantum ad corticem et calide complexionis
quantum ad interiorem substantiam et medullarem etc.

remocio fetoris ab
secretum pro sopno
faciendo

Onsequenter
p[ro]cedendu[m] e[st] ad declarandu[m]
no[m]i[n]a medicinaru[m] [com]positaru[m]
in antidota[ri]o Nicolai desc[ri]ptor[um] ut mag[is]
breuit[er] et sufficie[n]ter notifica[n]t[ur]. ea[rum] nota sit
o[mn]ib[us] et p[re]cipue aromatarijs et alijs iuue
nib[us] practicare uole[n]tib[us] aut incipie[n]tib[us]
no[n] aliud expectes a me audire hic nisi de
claratione[m] uocabulor[um] ip[s]aru[m] medicinaru[m]
valde [com]pendiose et no[n] uirtutes ea[rum] q[ui]a
ea[rum] virtutes ip[s]e Nicolaus amplissime po[n]it.
Nicolaus it[aque] i[n] p[ro]lo[g]o antidotarij sui
dicit q[uod] si quis interrogaret quot requirunt[ur]
in o[mn]i vera dispensatione dico q[uod] tria
p[ri]m[u]m est ut o[mn]ia equaliter et co[n]uenie[n]ter po
derentur. ta[m] in sp[eci]eb[us] q[uam] in gu[m]mis et herbis
s[e]c[un]d[u]m pondus unius cuiusq[ue] rei. 2[m] ut s[i]t
semina t[em]p[or]is uetustate co[n]supta. 3[m] ut
herbe radices et se[m]i[n]a congruis t[em]p[or]ib[us] sint
collecta. et q[uod] in congruis locis sint reposita
ut ab extrinsecus alterantib[us] corrumpi aut mar
cescere no[n] possint ut puta a fumo humi
ditate ul' pluuia puluere ul' sole [et]c[etera].
Quot requirunt[ur] in co[n]ficiendo. v[idelicet] s[cilicet] mel
h[oc] puritas. et quantitas q[ue] sufficiat et eq[ua]lis
et co[n]ueniens sp[eci]er[um] ac pulueris triturando
et cribellando et in sirupis aque [et] reponendi co[n]sumendis
decoctio // Quare mel po[n]it[ur] in medicinis
p[rim]o ad co[n]s[er]ua[n]du[m] na[m] p[re]ceteris liquorib[us] mel
est maxime co[n]s[er]uatiuu[m] s[e]c[un]do q[uia] sua dulcedine
temp[er]at amaritudine[m] ip[s]aru[m] sp[eci]er[um].
Quot requirunt[ur] in purificando ul' decoq[ue]
quendo mel. ij. p[rim]o q[uod] no[n] sit paru[m] coctu[m] nec
sit aquosu[m]. 2[o] ne sit nimis coctu[m] v[idelicet] usq[ue]
ad duritie[m] et sit be[n]e dispumatu[m]. cognos
cit[ur] aut[em] mel be[n]e coctu[m] cu[m] adheret digitis
et cu[m] inspissat[ur] et cu[m] pinguescit sup[er] lapi
dem. Ultimo dic[it] Nicolaus in illo ca[pitul]o
q[uod] sp[eci]er[um] aut pulu[er]is cribrat[i]o aut cribellat[i]o
fit duob[us] modis. q[uia] in electuarijs solutiuis
sic debe[n]t subtilissime puluerizari et be[n]e cri
bellari. In alijs aut[em] medicinis et p[re]cipue
laxatiuis debe[n]t esse grossiores et no[n] ita
subtilit[er] puluerizate ut sue grossitie mora[m]
in sto[macho] trahu[n]t et ne euaporet ne et subtilit[er]
sui vill[is] sto[machi] adhe[re]ndo et excoriando disin
teria[m] generet. Ut scamonea/ Euforbiu[m] et
simil[ia] no[n] laxatiue vero subtilissime sunt
terende ut sua subtilit[ate] facili[us] incorporet[ur]
citissime co[n]sequat[ur]. et hoc q[ui]de[m] plu[s] est ob
s[er]uandu[m] in confortatiuis et electuarijs
restaurati[ui]s // Et no[ta] q[uod] antidotariu[m]
Nichola[i] p[ro]cedit s[e]c[un]d[u]m ordine[m] alfabeti. q[ui]a
uocat[ur] p[ri]us medicina[m] incipie[n]te[m] a. ab
a. b. c. usq[ue] z.
A. Incipit g[lossul]o ab aurea alexandrina quid
sit et unde. Dico q[uod] aurea alexan
drina d[icitu]r ab auro et alexandria vel ab
alexandro p[ri]mo inuentore. Acariscu[m]
q[uia] sine murmure pacientis sanat
ita[m] s[e]c[un]d[u]m q[uod] co[m]i[n]t[ur] inter[pre]tatur.
Actanasia. i. inmortalis q[uia] sepe ho
mines liberat ex is[ti]s ex[is]te[n]tes in extremo
mortis // Alracalon. i. initiu[m] bonu[m].
Antameron. i. co[n]t[ra] morte[m] Anti
dotu[m] emagogum. i. antidotu[m] q[uod] d[icitu]r
emagogu[m]. i. menstruale sanguinem
educens p[ro]uocat. p[ro]. menstrua Anacar
diu[m] ab anacardis q[ue] eo recipiu[n]t[ur] [et]c[etera].
Blancha dicta est. q[uia] albos purgat B.
humores. i. flegmaticos / Benedicta.
d[icitu]r q[uia] ab o[mn]ib[us] quib[us] sumit[ur] benedicat[ur] est
e[nim] medicamine optimu[m] // Benedicta
transtiberina. q[uia] transtiberi rome fuit
inuentata // Confectio alipte [i. misereon alb' catholice] mus C.
cate. alipta. i. uncti[o] q[uod] d[icitu]r asina // Con
fectio gallie muscate galie q[uia] in gallia
repta Confectio hyere. i. p[re]ciose me
dicine // Quid est dia. dia idem est D.
q[uod] confectio vn[de] d[icitu]r diamargariton d[icitu]r a
dia q[uod] est confectio ex duob[us] g[ra]nib[us] mar
garitar[um]. u[e]l q[uia] et no[n] perforatar[um] q[ue] eade[m] co[n]
fectione[m] ingredi[un]t[ur] // Dyaameron. i.
ducens hoie[m] de morte ad vita[m] Dya
moron amoris celi dictu[m] a batin vo
amoris rubi dictu[m] / Diantos d[icitu]r q[uia]
fit ex florib[us] de edroliban[o]. i. rorismarini
rim / Diasatirion a radicib[us] satirio
nu[m] d[icitu]r satiriasis e[nim] grece d[icitu]r u[er]ge erectio
q[uia] incitat hoies ad coitu[m] et facit u[er]ge
erectione[m]. // Diaprunis ul' diamasc
ine a prunis damascenis // diaprasiu[m]
. i. a prassio uiridi. i. marubio q[uia] intrat
de eo plus q[uam] de alijs. Diaolibanu[m] d[icitu]r
a dia et olibano q[uod] ibi po[n]it[ur]. Diarodon
abbatis d[icitu]r a rosis q[ue] intrat in eo plus q[uam] de
alijs sp[eci]eb[us] abbatis ab abbate de curia qui
fuit eius inuentor Diapenidion d[icitu]r a peni
dijs que ibi intrat plus q[uam] de alijs sp[eci]eb[us].
Diacimmu[m] q[uia] in eo plus de cimino q[uam] de
alijs ingredit[ur]. / Diadragantum a dia et
draganto q[uod] intrat in eo Diacostoreu[m]
d[icitu]r a de testiculis castoris q[ui] in eo i[n]gredit[ur].
Diacostinu[m] a costo q[uod] intrat in eo.
Dyaireos a radice yreos q[ue] ita vocat[ur].
et est radix liliorum. // Diacalamentu[m] a cala
mento q[uod] principalit[er] intrat // Diacodion
a codiue q[uod] est papauer nigru[m] q[uod] eius in
gredit[ur] co[m]positione[m] // Diasene d[icitu]r a sena
q[uia] ibi plus q[uam] de alijs ingredit[ur]. / Diacito
nicen a citonijs de q[ui]b[us] fit Diambra.
d[icitu]r ab ambra que ibi recipit[ur]. Adiamoron
q[uod] est papauer albu[m] d[icitu]r // Esdra abesdra E
p[ro]pheta d[icitu]r q[uia] ea [com]posuit. Electuariu[m]
ducis d[icitu]r ab abbate de curia q[ui] eu[m] [com]posuit
ad instantia[m] ducis // Electuariu[m] pliris
arcaticon. i. [com]pleta medicina. / Electua
riu[m] de succo rosar[um] ab eod[em] succo denoiat[ur].
// Electuariu[m] psiliticu[m] est a psilio dictu[m].

6

// Electuariu̅ frīdu̅ cōfectionis .i. a cita-
tura media cōponetis ita dicti // Emplaus
tru̅ .i. dura cōfectio Apostolicon .i. sup
missu̅ // Emplaustru̅ tenoneon a ceca
sio dictu̅ // Emplaustru̅ oxitroceu̅ dr̅
a croco ab oxi q̄d est acetu̅ et croceon q̄d
est croceis // Emplaustru̅ diaquilon
.i. mollificans. // Emplaustru̅ de pal
ma q̄r cu̅ spatula uiridi de palma fit.
F. Filatropos .i. amicus hois ī re po[...]
Filoniu̅ .i. nouus amicus // Gariofi
G. latu̅ a gario qui intrat cōpoēz // Agios
othcos .i. filius dei // Hyeralogica .i. hyera
H. saldatix agreçis inuenta. // hydrotipion
olimpiacu̅ p[...] .i. pont[...] ꝯ dolore
olimpiacu̅ ita a conditore dr̅ // Iuspe
I. riston .i. exptu̅ interpretat̅ // Iustinu̅
a iustino imperatore factu̅ aut inuentum
K. // Katarticu̅ imperiale .i. laxatiu̅ p̄ impera
toribus et alijs delicatis psonis factu̅.
L. Licontropon .i. cōterens et frangens
lapide // Leticia q̄r tristicia̅ aufert et
M. dat ylaritatē // Metridatu̅ .i. mater anti
dotu̅ ul a metridate rege // Musa enea
a muse pho doctissimo inuenta. // Angleda
.i. expta. // Mel rosatu̅ agreçis rodomel
dr̅. // Mofrogatiua .i. me[...] purgans
O. venens // Oppoppira .i. a succo et igne.
oppos .n. grece latine succus et pinguis
oppopira ei̅ ē ex succo ignito et hoc
medicamen cōpositu̅ est a sanctissimis
medicis cosme et damiano. // Oxi ab
acetoso succo pomor̅ granator̅ in eo
intrandu̅ // Oxisaccaru̅ dr̅ ab aceto
et melle ibi intrante // Oximel cōpom̅ q̄r
multa plura in eo q̄ in simplici ingrediuntur
// Oleu̅ rosatu̅ ab oleo et rosis in eo
ingredientibus // Oleu̅ madragorinu̅
a succo pomor̅ madragore // Oleu̅ ca
momillinu̅ ab oleo de camomillis.
Oleu̅ frigidissimu̅ uiride dr̅ ab herbis
frigidis et uiridibus q̄ in eo ingrediuntur
P. P. Pocio sancti pauli q̄r sanctus paulus
cōposuit // Paulinu̅ antidotu̅ .i. magm̅
antidotu̅ .i. contra datu̅ q̄r virtute et
efficacia̅ ħet ad multa // Pancrinu̅
antidotu̅ .i. contr̅ christu̅ .i. ēsinate
vinctu̅ antidotu̅ // Pocio muscata a
musco dicta est. // Pigra g[...] .i. amara
ag[...] inuenta // Pillule sine quibus esse nolo
p̄p nimia̅ ear̅ efficacia̅ // Pillule auree
ad similitudinē auri dicte q̄r sicut auru̅
est p̄ciosu̅ inter oīa metalla sic pillule
iste inter omēs p̄ciosiores hntur // Pillule
aromatū dicte sine quibus esse nolo cpt
ear̅ nimia̅ efficacia̅ // Pille diacastore
a castoreo sic dicunt̅ // Pille de anoglosa
ab herba anoglosa ita dicte // Pillule
de quinq̄ gnībus mirabolanor̅ ab ipis mi
rabolanis sic dicte // Pille artetiche

.i. membror̅. artetos .n. grece membra latine
// Pille bicīchne .i. depsse nō rotunde
et sūt lenitiue ꝯ tussim tenent̅ .n. in ore
sub lingua et paulatime degluciunt̅ et
fiunt in forma lupinor̅ // Pillule
fetide. q̄r fetidos et corruptos humores
educunt ul quia aliqua fetida in eis
intrant ut puta castoreu̅ serapinu̅
et similia. Ante cibu̅ et post cibu̅.
// Pille arabice // Pille de alacterio.
// Pille cochie .i. capitales. // Pille de
Rinodactilibus a quibus hmo dicuntur.
Q. // Pille assaiaret sm̅ auicenam. // Q.
Quadrimeron .i. medicamen de quator
R. // rebus. R. // Rosata nouella // rosata a rosis
dicta nouella. i. vetis que recipiebat
sulphur viuu̅. // Rubea trocisata a
trocisis qui ibi recipiunt̅ // Requies
dr̅ ab effectu quē inducit q̄r requiem
senibus et qetem pacietibus inducit.
// Rodozacara ide est q̄ saccar̅ rosar̅
a rodon q̄ est rosa et zacara saccaru̅
q̄r etc. // Rodomel .q̄i. mel rosatu̅ a rodon
S. et mel dr̅. S. Sotira saluatrix lati
ne interpretat̅ // Sal sacerdotale q̄r eo ute
bat̅ sacerdotes tpe̅ helye pphe. Sy
rupi a sir q̄ est cōfectio et oppo succus
inde syrupus .i. liquida confectio de succis
// Spongia .i. sōpnifera. // Stomaticon
.i. confortatiu̅ stomachi et recipit̅ et stomaticō
laxatiu̅ stomachi et dicendit̅ q̄r qddā est calidu̅
T. quoddā frigidu̅ // Triaca magna ga
lieni q̄r galienus ea̅ cōposuit // Dico q̄ nō est
vm salua pace Nicolai q̄r andromacus
magnus medicus ea̅ cōposuit // Et tu dicis
ultius q̄ triaca dr̅ a tyrasis de tyro qui
in ea recipiunt̅ // Dico q̄ nō est verum.
q̄r sūt alie triace q̄ nō denominant̅ a tiro
q̄r trocisci de tiro ea̅ nō ingrediunt̅ ut tyria
ca exercitualis etc. // Vn tyriaca dr̅ q̄i
medicina ꝯ venenu̅ et dr̅ dn̄a medicinar̅
vt sup̄ declaraui. // Tyriaca dyatesse
recon .i. ex quatuor reb[us] cōposita. // Ty
riaca exercitualis .i. pro cōseruacōe exercitu
geniu̅ ꝯ corrupcionē aeris et epidimia̅
// Triaca diascoridis q̄ fit ex una
nuce et tribus z[...] rute et duabus caricis
ꝯ pestem et epidimia̅ dat̅ // Trifera
seracenica q̄r a seracenis inuenta est.
// Trifera magna dr̅ q̄i magnm̅ iuua
mentu̅ confert mulieribus et matribus ear̅
q̄ dolore matricis paciunt̅ dando eis
cu̅ vino decoctionis artemisse // Trifi
lon .i. de folijs rute uiridis // Tria
sandali a tribus gnībus sandalor̅ qui in
cōponitur. // Theodoricon dr̅ a deo
datu̅. // Trocisci de rodo .i. rotunda cō
fectio de rosis. // Trocisci diarri .i. auo
lis q̄ in eis intrat // Trocisci ydriaci
a cōposicione ydriaco. // Trocisci troci a

croco. Trocisci scilliti a scilla. // Trocis
ci tyri a tiro serpente. // Trocisci de coral
lis .i. a corallis ingredientibus. // Trocisci
de aniso. // Trocisci caphorati a camphora
dicti reliquorum species trociscorum clare sunt. V.
V. Vomitus. Nicolai .i. vomitiuum a nico
lao compositum et dicitur a vomendo. // Vomitus
patriarche a compositore sic dicto.
Vnguentum marciaton a marciatore
medico inuentum // Vnguentum citrinum quia
in pomo citri decoquitur // Vnguentum
populeon quia fit de oculis arboris sic
dicte et fit in vere. Vnguentum agrippe
quia agrippa rex iudeorum eo vtebatur.
Vnguentum arrogon. arogon .i. adiutorium.
// Vnguentum calisticum dialtee calisticum .i.
calefactorium et malisticum .i. mollitiuum.
dialtee dicitur a duabus speciebus radicum euisci vel
altee que in eo ingrediuntur // Vnguentum aure
um dictum per excellentiam quia sicut aurum preciosi
us metallis sic vnguentum istud inter ce
tera vnguenta ad mollificandum splenem.
Vnguentum laxatiuum quia iunctio eius laxat
sicut medicina laxatiua. // Vnguentum contra ffrigmez.
// Vnguentum fuscum .i. nigrum. // Vnguentum
album a cerusa alba que ipsum ingreditur.
V. V. Veralogodion menfitum. yera .i. sacra
logos .i. sermo nichon .i. impedimento. quia hec
yera impedimentum sermonis remouet et lo
cucionis. // Yera rufini ab auctore composite
dicta. Yerapigra galieni ab ipso galieno dicta est.
// Yera abbatis. ab abbate de curia qui
eam composuit. Yerapigra fortissima ga
lieni ab eo dicta. Z. // Zinziber conditum
Z. .i. zinziber viride conditum. // Notandum vltimus quod
non est mirandum si hic non sunt collecta omnia
electuaria et pillule et sirupi trocisci et confectiones
et etiam plura alia que ponit nicolaus. quia
in aliquibus antidotis reperiuntur et aliquibus
paucis sufficit. ergo quia hec sunt famosiora
vtiliora et valde meliora etc.

Est at modo

de dosibus et ponderibus ac etiam
de eorum nominibus et differentiis
diligentissime pertractare. secundum vero vsum moder
norum medicorum quia multa plura reperiuntur que
sunt antiqua et spreta quia non sunt in vsu
// Si autem ergo aliquis doctus medicus ex
aminauerit aromatarium inquirendo quid
est dosis respondeat sic. // Dosis est limi
tata mensura vel pondus alicuius rei
medicinalis simplicis vel composite scilicet specierum
libarum seminum vel radicum electuariorum pillularum
et vnguentorum: // Vel melius sic dosis est
limitata mensura vel quantitas simplicis vel
composite medicine solutiue vel alterius que de se apta
est facere sufficientem operacionem neque dimi
nutam neque superfluam. et notanter dico se dico
quia corporis vel humoris respectu cuiusque

potest facere superfluam vel diminutam. // Quid
est intelligendum quando in recepta ponitur ana.
Dico quod ana est dictio arabica et tantum
importat quantum hec dictio equaliter apud nos.
Quid est hoc quod in antidotarijs nico
lai in aliquibus dosacionibus electuariorum
vel confectionum scriptum dicitur medietas eius
est libre .iiij. vel medietas eius est libre .i. s. qualiter
hoc intelligitur. // Dico quod reperiuntur duo
antidotaria Nicolai scilicet magnum et paruum. Et
paruum dicitur Nicolaus paruus et isto vtimur
communiter. Vnde non vltimus quod in Nicolao
magno sunt descriptiones electuariorum con
fectionum et aliarum rerum que in Nicolao
paruo sunt diminute in dosi et immorata et
aliquando secundum quartam partem dispensata et ideo dicitur aliquando
in nicholao paruo medietas talis electuarij
descripti in antidotario maiori ipsius nicholai
et est liber .iiij. ex quo sequitur quod descriptio
integra eiusdem electuarij in nicolao maiori
est librarum iiijor et sic de alijs dicatur.
// Et licet hec descriptio et responsio communiter assig
netur a multis mihi tamen minime placet
quia est sine ratione. // Nota etiam quod in nico
lao maiori plura antidota electuaria et pillule
et confectiones continentur quam in nicolao
minori. illa tamen que sunt in nicolao minori
sunt etiam in maiori et secundum maiorem dosim
et non equalem etc. // Primo ergo queritur
quot sunt pondera vsualia et nomina eorum
que aromatarij tenentur scire. et quibus
medici communiter vtuntur. // Dico quod pondera
vel mensure que in arte medicinali computantur
hec sunt que sensibili ingenio et solerti studio
et summa ordinamus diligentia. ad opus aro
matariorum et doctrina omnium in arte
medicinali studere volentium vt his pon
deribus omnis medicine simplices quam composite
valeant etc. // Incipiamus ergo a scrupu
lo ponderari. cuius est figura ℈. ascendere
usque ad libram que ex .xij. vncijs integratur.
// Sed ante videmus de granis ex quibus
℈. et dragma constant et alia pondera in
tegrantur. // Vnde si queritur quare pondera
medicinalia sunt per grana frumenti electa
et mensurata ab ipsis medicis // Dico quod ideo
factum est ne per pondera artificialia inter
dum medici et aromatarij decipiantur.
et ideo tucius et securius est fundamentum et
stabilius. licet ex aliqua re naturali facta sicut
est triticum siue frumentum mensurando
cum pacto tritico omnia pondera scilicet ℈. ʒ.
℥. et libra et consimilia quia si pondera arti
ficialia ex plumbo vel ex ere aut ab metallo
facta perderentur vel si in aliqua deficerent
tunc possent per grana tritici que sunt natura
lia ipsa artificialia ponderare mensurare
et renouare et de nouo fabricare etc.
// Nota etiam quod grana tritici sunt secundum diuer
sas prouincias maiora vel minora seu grossiora

uel minuta medici aut et aromatarii
pro faciendis ponderibus debet eligere me
diocria et ex illis facere pondera de plumbo stag
no vel quolibet alio. Sciatur quid sit ℈.
et quot ℈ faciunt ʒ.i. Dico ad propositum
redeundo quod ℈. est tercia pars ʒ. et est pon
dus .xx. granorum tritici. Quid est
dragma? Dico quod tres ℈. faciunt .i.ʒ. et
sic ipsa ʒ. est pondus .60. granorum tritici. et
dragme hec est figura ʒ. Quid est exagium
dico quod est pondus unius ʒ. cum dimidia
et sic est pondus 90. granorum tritici et dicitur ab
ex quod est sex et gias mensura quia sex exagia
faciunt et mensurant unam unciam.
Quid est solidum? Dico quod solidum differt
ab exagio solo nomine quia solidum exagium
idem sunt. Quid est aureus? est etiam pondus
ʒ.i. cum dimidia et est idem cum exagio et
solido. Item sex exagia faciunt ℥.i. sicut
sex auri. Quot dragme faciunt ℥.i.
Dico quod nove ʒ faciunt ℥.i. et hoc secundum saler
nitanos. Alii autem senciunt quidam doctores
quod faciunt ℥. ex octo ʒ. Neapolitani fa
ciunt ℥. ex .x ʒ. communiter tamen tenetur quod ℥ con
stat ex nove ʒ. Uncia autem sic figu
rant. et sic ℥. paduana est minor ℥.
solernitana quia illa ex octo ʒ. et ista ex
nove et ℥. que est ex nove minor est illa
que ex .x. Queritur ex quot granis
constet ℥. tenendo igitur sicut communiter tenetur quod ℥.
constet ex nove ʒ. et quelibet dragma constet
ex 60. granis sequitur quod ℥ constet ex. 540.
granis. Quid est libra. et ex quot ℥.
constet libra. Dico quod libra constat ex xii. ℥. et
.108. ʒ. faciunt libram unam. Et si queratur
quot grana faciunt unam libram. Dico quod
.6480. grana integrant unam libram.
Quid est sextarium medicinale. Dico
quod sextarium est pondus duarum librarum cum dimi
dia. Unde cum reperitur in receptis medicinalibus
sextarium vini vel olei vel aceti quod intrat
in medicinas. intelliguntur libre .ii. cum dimi
dia. Quid est cotula. Dico quod cotula
solo nomine differt a sextario. quia est pondus
duarum librarum cum dimidia. sed aliqui faciunt
differentiam inter cotulam et cotulam. quia cotula est
pondus libre .ii. ad .ß. ut dictum est sed coti
la est pondus viiii. ℥. Quid est obulus
dico quod obulus est pondus medii scrupuli
vel secundum alios est quinta pars unius ʒ. Quid
est kist dico quod est pondus unius libre cum
dimidio. Quid est emina dico quod est
pondus .iii. libre. vel secundum aliquos est pondus
unius libre. et ℥. iii. et hoc est uerius.
Quid est calculus dico quod est pondus
duorum granorum ciceris. et est quarta pars
obuli. Unde iiii.or calculi faciunt unum obo
lum et duo oboli faciunt unum ℈. Quid
intelligitur per grana cum reperitur in receptis grana
ii. vel .v. Dico quod intelliguntur grana

tritici. nisi aliter exponatur per medicum
dispensante ipsam receptam. ubi grana sidiantur
grana ordei etc. Quid intelligitur
per manipulum. Dico quod in receptis mani
pulum est quantum potest manu capi. Quid
est pugillus? Dico quod quantum ad pugillum strictum
capi potest. Quid est satil. Dico quod est
pondus duorum sextariorum. Quid est
kirat. Dico quod est pondus quatuor granorum
ordei. Quid est dannch. Dico quod est
pondus sex granorum ordei et secundum alios quatuor.
Quid est sacrayati. Dico quod est pondus
unius aurei cum dimidio. Quid est ami
lusach Dico quod est pondus consimile illi secundum ali
quos. sed ego non credo quia aliter reperi.
Quid est arsinnum? Dico quod est pondus
.iiii. ʒ. Quid est dacamet. Dico quod
est pondus unius ʒ. Quid est darchimi
num Dico quod est pondus unius ʒ. Quid
est batat. Dico quod est pondus viii. granorum.
Quid est rasini. Dico quod est pondus medii ℈.
Audi lectandi quid dicam versificando.
Collige triticeus medians ponda granis.
Grana quaterquinque ℈. pro pondere sume.
In dragmam ℈. ter surgit multiplicatum.
Si solidum queris tres dragmas dimidiabis.
Exagium solido differt in nomine solo.
Aureus exagio solido que parificatur.
Constat ex vel ter tribus uncia dragmis.
Uncia pars libre duodena quam abigat idem.
Si queris pondus quod habet sextarius unum.
Librarum quinque pondus debes dimidiare.
Cotula sextarie differt in nomine solo.
Continet eminas sextarius ut puto binas.
Ut fertur obolus semum scropulum esse probatur.
Cetera mesure non sint tibi nomina cure
Nam quia sunt ficta sordescunt. suntque relicta.
Non eris illusus si tenes id quod tenet usus.

Sciendum est ulterius

ut aromatarii sint bene docti
et experti in conficiendo confec
tiones et electuaria quot scilicet species sint
ponende pro libra mellis vel zucari. et
quanta cera pro libra olei in unguentis.
Et etiam dicendum est aliquid de syrupis
iulep sacculis cordialibus et emplastris
compositis cerotariis et quanta cera pro libra
olei est ponenda et de commixtione aquarum
cum syrupis et de quantitate decoctionis
in clisteribus. Queritur quot species sint
ponende pro libra mellis. Dico quod cuiuslibet
electuarii de melle vel alterius liquide con
fectionis ex melle et galla. est pro quacumque
libra mellis ponatur ℥. ii. specierum. sed aliqui
ponunt mixtum pro quacumque libra mellis
℥. iii. specierum. et hoc forte habet veritatem. In
laxativis et tempore hyemali. quia in hyeme
ponuntur plures species. quam fiat aut consuetum
fuit in estate. Queritur quot species ponuntur

pro libra zuccari in solida confectione
Dico quod in solida confectione de zuccaro
ponuntur ʒ. vi. vel. viii. ad plus specierum pro
libra sed in confectionibus solidis cordia
libus suffiunt. ʒ. s. specierum pro libra. Pro
libra .i. zuccari. quia multitudo specierum des
truit aliquando sapores confectionis et gustu
infirmi vel etiam stomachum sani hominis nauseat.
Sed nota quod sunt alique confectiones zu
cari in quibus ponuntur ʒ. iii. specierum ut in
dragaticione et etiam communiter ponuntur in
dyasinitione. Queritur de sirupis
quantum zuccari vel mellis ponitur pro libra
aque vel decoctione. Dico quod in compositione
siruporum pro libra in quacumque decoctione
ponitur mellis vel zuccari libra semis.
Queritur similiter de julep quantum de zuccaro
debet poni pro quacumque libra liquoris. Dico
quod in compositione julep in quacumque libra
liquoris ʒ. viii. zuccari. vel libra s. po
nitur aliquando vero ʒ. v. aliquando vero ʒ. iiii. secundum quod
magis dulce aut minus dulce volueris
facere. Et reperitur julep longum et aquo
sum modice decoctionis sed non diu du
rat et aliud est densum et magis compac
tum quia plus coctum et tale diutius durat.
Queritur quot species debent poni in
sacculis stomacalibus aut cordialibus. Dico
quod qui fiunt de sindone de grana vel de
scarlato ponimus communiter ʒ. i. vel ʒ. i. s. ad
plus in extra applicandis et emplastris.
et sacculis semper herbe humectantur et
coquantur per manipulos ut supra dictum est.
Queritur quomodo fiunt conserve. Dico quod in
compositione conserve rosate de borraginae
violate vel buglose si debes bonam conserva
facere debes ponere libra una zuccari pro
dimidia libra rosarum vel aliorum florum pis
tando rosas rubeas electas simul
cum zuccaro in mortario. vel violas aut alios
flores. deinde dicta conserva ponenda est
ad solem diebus pluribus etc. Queritur
quot species debent poni in cerotis. Dico
quod in cerotis mediocribus ponuntur iii.
vel iiii. ʒ. specierum et quandoque cerotum magnum
debet esse. iii. ʒ. si non parvum debet esse. i. ʒ. s.
Queritur quanta cera debet poni pro libra
olei in unguentis. Dico quod in compositione
unguentorum pro libris duabus olei ponitur communiter
ʒ. s. cere de speciebus vero vel de pulveribus in
unguentis ponimus secundum oportunitatem vel
secundum quod voluerimus facere unguentum durum
aut molle pro arbitrio. Queritur quantum de
bemus dare in potu de pulveribus. Dico quod
absolute damus ʒ. i. vel ʒ. ii. et aliquando usque
ad ʒ. s. cum vino aut cum aqua et decoctione
appropriata vel aqua stillata et plus et minus
secundum etatem et virtutem egri et secundum quod pulvis
est solutivus. Si quis quereret quare
sirupi dantur cum aquis vel cum decoctionibus
simul commixti. Respondetur quod non dantur sine
aquis appropriatis aut sine decoctionibus
quia sirupi mixti cum aquis efficiuntur
magis liquidi et et magis penetrant
ad membra et possunt melius et facilius
transglutiri. Sed nota ulterius quod melius
est ponere plus de sirupis et minus
de aquis quam econtra quia maiorem moram trahunt
in stomacho et epate et sic melius digeruntur
materias peccantes quam si plus de aqua poneretur
quia cum multa aqua vel cum multa decoc
tione sunt liquidiores et citius tran
seunt a stomacho et epate. Unde debes tantam
aquam ponere quanta sufficiat ad transglu
tiendum sirupum. Sed adverte quod si volueris
aliquem sirupum vel julep prestare vel clarifica
re tunc debes ponere magis de aqua et
minus de sirupis. Nota tamen quod longe
melius operatur sirupus turbidus .i. non
clarificatus quam sirupi clarificati et julep
prizati sed aliquando ad complacentiam egrorum ut
pulcriores appareant necesse est eos clari
ficare et juleppizare etc. Nota ulterius
quod secundum communem practicam de sirupis exhibemus
ʒ. s. et tantundem de aquis vel ad plus ʒ. ii.
de aquis vel loco aquarum decoctione simul
commiscende cum sirupo. Queritur de
clisteriis quanta quantitas decoctionis debet ad
ministrari et quanta quantitas olei et quanta
quantitas cassie. vel yerepigre aut benedicte
aut oleorum aut electuariorum. Dico quod
mensura decoctionis administrande in
clisteriis est quantitas unius libre cum
dimidio .s. decem et octo. ʒ. et salis. ʒ. i.
et olei ʒ. iiii. et cassie. ʒ. i. yerepigre
et benedicte secundum etatem et oportunitatem
et virtutem. quia aliquando ponimus ʒ. ii. aliquando
ʒ. s. et hoc totum intellige secundum magis et
minus et secundum etatem et complexionem. quia in
viris iuvenibus fortis complexionis predicta
quantitas decoctionis et salis et olei
et aliorum est conveniens quantitas. Sed in
pueris et debilibus delicatis debet esse minor
quantitas .s. sub dupla. quia medietas
sufficit. In infantibus vero sufficit quantitas
unius ciati in clisteribus eorum et omnia fiant
secundum prudentiam et discretionem peritissi
morum doctorum quia sola discretio facit me
dicum ut dixerunt auctores etc.

Queritur quo tempore sunt colligendi ab apo
tecariis flores. herbe. semina.
et radices et ubi sunt exsiccande et quo
tempore aque sunt distillande. Dico
quod in vere .s. in mense aprilis et mayi
sunt primo herbe colligende. secundo flores.
Semina vero in estate .s. de mense
junii et julii. quia tunc sunt complete et per
fecte. Radices vero in autumpno quia tunc

semina et folia ceciderunt vel sunt exsiccata et tunc tota virtus herbarum est in radicibus. Ulterius dico quod herbe sunt exsiccande ad umbram. Semina vero ad lentum solem. De radicibus vero distingue quod quedam sunt ad solem exsiccande sicut sunt radices magne valde et grosse et dense sicut est ut radix brionie veupontica et aristologie gentiane madragore et sic de consimilibus. Sed radices ireos et petrosilium apii feniculi gariofilate assari et consimilium que sunt minores subtiles debent ad umbram exsiccari. et omnia predicta scilicet flores herbe semina et radices nunquam sunt reponenda nisi sint debito modo et tempore congruo exsiccata. alioquin putrescerent. Et cavendum est ne reponantur ad fumum vel ad solem vel in loco humido vel pulverulento quia putresceret et virtutem amitteret et debent conservari predicte herbe in sacculis de lino. Semina vero ac flores et radices in scatulis et omnes seorsum et de per se sigillatim conserventur.

Notandum est ulterius secundum doctrinam arnoldi de villa nova in quodam suo de simplicibus quod ad hoc quod ipse herbe flores et radices vel semina habeant singularem virtutem et proprietatem ad morbos sunt colligende secundum diversa signa zodiaci.

Ubi gratia duodecim signorum zodiaci quedam sunt mobilia scilicet quatuor. ut aries cancer libra et capricornus: et in istis signis mobilibus colligende sunt herbe sucni semina ac radices laxative que feliciter et citius operabuntur. Ubi gratia de herbis ut mezereon sena laureola. De seminibus ut semen cartami et laureole. De succis ut scamonea succus ireos. et cucumeris silvestris De radicibus ut turbit esula et reubarbarum.

Quedam vero alia signa scilicet quatuor sunt stabilia et fixa scilicet scorpio leo taurus et aquarius. et in istis signis colligende sunt herbe succi. radices et semina stiptica et constrictiva et sic melius operabuntur contra fluxum et contra dissinteriam et vomitus. Ubi gratia de herbis ut plantago mirtus filices de succis ut succus citoniorum et acacie et succus mirabulorum De radicibus ut radices filicis. De seminibus stipticis ut coriandarum semen mirti semen rose. De fructibus ut sorbe citonia nespule granata mirra sumac galla et similia. Quedam vero alia signa zodiaci scilicet reliqua quatuor sunt mediocria scilicet neque stabilia neque mobilia sed media scilicet virgo sagitarius. Gemini pisces. In quibus colligende sunt herbe radices semina que nec sunt solutiva nec stiptica ut feniculi apii

arthemisia abrotanum menta et eorum semina. Et quia ista doctrina est nimis subtilis pro aromatariis et communiter peritissimis doctoribus medicine qui tenentur habere notitiam astrologie alioquin male curabunt egros. De herbis colligendis opportet ut colligatur in tempore sereno et claro et non ventoso. et non oportet ut colligatur nisi in fine bonitatis et maturitatis eorum in suo tempore non quando iam sunt vetuste et consumpte propter aliquam causam et herbe que colliguntur in locis montuosis et duris sunt fortioris scilicet virtutis quam ille que colliguntur in vallibus et in terra pingui et viridariis et ortis et oportet ut eligas de herbis que sunt plus ramose et que sunt complete in seminibus suis sicut debent esse sicut stuados et mercurialis scilicet diptanum et pasah i. tribulus marinus et ysopus et similia.

Et oportet flores eligi antequam cadant ut flores altane et camomille et viole et zambach i. gesuminum. Sed tempus colligendi fructus est quando sunt bene maturi sicut uve et ficus dattili pira pruna et similia.

Semina vero colligere oportet quando exsiccari incipiunt et cadere antequam cadant super ea aqua que illa destruat. Et tempus colligendi radices et ramos et cortices est quando incipiunt cadere folia eorum et sic de ceteris.

Oportet quod succi plantarum ex foliis et ramis exprimantur dum sunt adhuc tenere sicut est in eruce et genestre et semperviva. et succus ypoquistidos et absinthii etc.

Et oportet quod vulneretur planta si volueris accipere lac eius vel lacrimam donec planta viget adhuc in terra et non postquam est evulsa sicut si volueris facere opium euforbium et similia. Generaliter scire debes quod radices et folia et rami non debent exsiccari antequam sint abluta cum aqua a terra et a sordibus eorum et quod desiccetur in loco umbre ubi non sit humiditas. Et oportet quod reponas flores herbarum medicinalium in capsis de ligno et similiter herbas stipites et radices. Semina vero serventur in sacculis ex corio vel in papiro quod iuvat ea ad meliorem conservationem secundum diascoridem.

Quia predicta doctrina quo aromatariis et proprie rudibus est aliqualiter confusa. Ideo si quis interrogaverit in quibus mensibus particulariter et sigillatim sunt colligende herbe flores semina et radices. Respondeo quod in mense martii quia a medietate ipsius est principium veris et terra incipit germinare et vestire se herbis et floribus que terra fuit nuda in hyeme propter ventos nives et frigora. Collige igitur predicto mense violas et fac de eis trociscos diarodon i. de violis etiam sirupum violatum ac mel violatum et si potueris succum ex eis facere conserva ipsum. Et

potes etiam violas distillare et aquam
usui reservare ex siccabis etiam ad um
bram ex eis eodem modo et reserva eas.
Collige eodem mense fumum terre et fac
ex eo sirupum maiorem et minorem. et ex
eo succum extrahe et reserva et sic distilla
aquam et reserva etiam possis in principio aprilis
omnia predicta ex fumo terre facere. Item in
isto mense incipit colligi mastix usque
ad finem aprilis. Collige etiam squillam
secundum artem et fac acetum squilliticum et
loch de squilla et oximel squiliticum. Col
lige eufragiam et distilla et etiam cum
succo reserva que pro oculis optima est.
Collige flores boraginis. buglose et con
serva ex eis et desiccum ex eis. et conserva et
ex foliis distilla et fac aquam boraginis
et buglose. Collige oculos populi
et fac unguentum populeon quod est optimum
ad somnum provocandum in febribus et frenesi.
Collige mentam maiorem et citrariam
yvam maiorem sparagnas et reserva ea
usui. Collige flores yreos et fac oleum
yrinum. Collige mellilotum et fac emplastrum
de mellilotu. Collige flores roris
marini et fac diatos et conserva cum zuccaro.
et ex eis succa et usui serva. Collige et
scolopendriam et bethoniam et capillos ve
neris et distilla ex eis et etiam exsicca.
Collige etiam violas keyri .i. violas
citrinas et fac ex eis oleum quod dicitur oleum
keyri. Collige bursam pastoris et
distilla et exsicca. Collige mellissam et
citrariam et distilla ex succo de ea et usui
serva. Collige crecanos et distilla ex eis
et reserva. Collige rosas rubeas et
distilla ipsas recenter. et fac aquam ro
satam et purifica ad solem et extrahe succum
ex eis et usui serva. Fac ex eis conserva
rosata et rodozaccaratam et rodomel
et oleum rosatum secundum artem. Pro quo
nota quod potest fieri dupliciter oleum rosatum primo
ex rosis incompletis. et ex oleo onfancino
et tale oleum est magis stipticum et con
fortativum et frigidum. Secundo potest fieri oleum
rosatum ex oleo olivarum maturarum et
tale oleum est magis anodinum .i. tempera
tivum et dolorum sedativum et non est adeo
frigidum sicut primum et exsicca ex eis et
usui serva. et botos earum .i. ipsas rosiculas
incompletas ante aperitiones earum que sunt
stipticiores et cordialiores et fac ex
eis trociscos diarodon. Collige etiam
eodem mense papaverem album rubeum vel nigrum
